

pias de Mysteriis Vitae et Mortis Christi Praecationes continet, praemisso singulis Loco e veteri, novoque Testamento deprompto. Titulus est: *Herliche Vnndt Schöne Gebedt mitt sehr Künstlichenn innkupffer gestochenenn Auch Herlichenn Beilluminiertten Figurenn von der Entpfengnis Christi ins fleisch, auch vonn der Geburt, Lebenn, Vnnd Wandell, letzlich auch vonn dem Leidenn vnndt Sterbenn Ihesu Christi, Durch die Vier Euangelistenn Beschriebenn. 1584. den 1 Januarij. Librarius redundantans Literas tam liberaliter ad mensus in mentem mihi revocat nobilem ejusdem aevi Virum, qui ajebat: *Ego semper literam l et t duplico, et tamen sunt, qui queruntur, se scripturam meam difficulter legere.* Ad singulas porro Orationes adest Icon ab a. 1579. inventa a *Mart. de Vos*, aeri incisa ab *Job. Sadeler*, et coloribus admodum venuste illusa a quodam, qui ad Christi in Monte Oliveti agonem auro adnotavit *Μοϋσα* ex *A* et *P* cum anno 1584. quem annum etiam Theca exterius praefert. Numerus Iconum Vitae Christi 12. sculptarum partim *Coloniae*, partim *Antverpiae*; Passionis vero 9. et illae quidem forma 8<sup>va</sup>. hae autem 4<sup>ae</sup>.*

## DCCCCXXXI.

c.987 Codex membraneus germ. Sec. XVII. Folior. 220. 12. perelegantius variis coloribus exaratus, ornatusque Picturis XX. Mysteria Passionis vivide representantibus

hoc titulo est: *Dass unschuldige Leyden, heil. Blutvergies. vnndt Heyllwürdtiger Tod vnnsers Erlösers Jesu Christi. Mitt schönen figuren gezeit, auch mit schön betrachtungen vnd gebetten zusam getragen. Anno. 1629.* Itaque praevius Evangelistarum textibus pia de patiente Servatore Exercitia ab ingressu in *Jerusalem* usque ad *Sepulturam*, in quibus plus faepe probae et castigatae dictionis, quam vulgo ab illo aevo expectes. Margines observationibus exegeticis et liturgicis adsparguntur. Folio 1. legitur: *Dono datus ab Aug. Imperatrice vidua Elisabeth. Christina 1748.* Theca argento deaurato dives.

## DCCCCXXXII.

Codex membraneus germ. Sec. C. 957 XVI. Folior. 180. perquam nitide in 12. exaratus, et adlatus e Parthenone Halensi Tyroleos complectitur Institutiones ad rite fundendas e Catholicae Ecclesiae mente Praeces, Praecumque Formulas in usum Principum, Autore *Petro Canisio* celebri illo Fidei orthodoxae per *Germaniam* statore, qui eas latine conscriptas *Ferdinando* Archiduci *Caroli Styriaci* filio tunc *Ingolstadii* literis operam danti, post Imperatori Rom. ejus nominis II. dicavit e *Friburgo Helvetiae* a. 1592. Hic vero in vernaculum sermonem a *M. Blasio Laubich*, qui Archiduci a Sacris erat, versae comparent hoc titulo: *Hannbüchlein der Andacht, darinen ein Christlicher vnnd*

2211

LITURGICI.

2212

vnuñ Catholischer fürst zue Gott mit Andechtigem gebett zue flechen vnderwissen wirdt. Ediderat Canisius, qui se in Praef. ad Archiducem Theologorum Ingolsta- diensium Seniore[m] vocat, jam an- tea Manuale Catholicorum, ad quod etiam non raro provocat in Libello praesenti. An vero is pa- riter typis uspiam vulgatus fuerit, dubitem; neque enim Literatores ejus meminere, neque mihi Au- royραφον Latinum haectenus videre datum est. Institutum porro ejus est, in singulos Hebdomadae dies

meditandi, precandique materiam Principi aptam, intermixtis piis adfectibus, sufficere. Accedunt e- laboratae pro variis Hominum or- dinibus, necessitatibusque orandi Formulae, tum Vita Theodosii jun. tracta e Socratis Historia, de- mum aurea Praecepta a S. Ludo- vico Franciae Rege data Philip- po filio, quae omnia in adolescen- tis Ferdinandi animum demissa fructu deinceps suo non caruere, quidquid demum modernis quibus- dam Historiae Reformato[r]ibus videatur.



Denis Codd. Theol. V. II. P. III.

Ee

quae